

L. florus
Dialogus luciani cum recommendacione
hemi francisci petrarche
Dialogus luciani qui inscribitur charon
Judicium iouis de monteforte etc
Historia occisorum in Culm
Oratio marci tullij ciceronis
pro marco marcello ad p. c.
Oratio invectiva contra catilinam
Basilius magnus
Epistole magni Turci
Latinum ydeoma pro religiosis
Elegancie latinitatis nigri p.
orma cum modo epistolandi
Epistole nigri mauri

L. Annei flori Epithoma hoc emendatum Fridianus pighinutius lucensis Et Jo. Wittigisere imprimendum curaverunt. Quod arte sua Conradus gallicus In oppido lipczensi perficit xii. Calend. Junii Anno salutis M°. CCCC°. lxxxseptimo 1487

[redacted]

Clodi: Ju. U. n.
Univer
sitati:

Iustins libelli est possessor nicolaus Lumpkowsky et est emptus pro novem grossos.
Apud magistrum Ziemowiczky

Agnus Maria Anna

6

Epistole longiores Magistri Pauli Niavis

Paulus Niavis arcium Magister Honorando viro Andree hubner archidiacono tobnensi: commēdatoriq; et plebano in plawen domino et fautori suo colendissimo. Salutem plurimam dicit

Magnam concipio: et incredibilem fere animi delectacionem suauissime preceptor. siquando incrementuz considero! quod humanitatis studium in nostra regione: nostroq; seculo suscepit Nam que quondam rudia exciderunt: ab omniq; ornatu semota. splendore oracionis iam quasi floribus quibusdaz excoluntur. ac omnes animi tractacōnes / que vel reconditis artibus percipiuntur: vel in quadam rerum versantur difficultate / candescunt ea sciencia / que in medio ponit̃ et vsu et sermone hominum / quam dicendi preceptionez nuncupamus videt̃ sane / tempus hoc redire / quo aut corax siracusanis pulsa tirannide: aut gorgias leontinus atheniensibus eloquencie tradidit doctrinam: aut forte illud quo demostenes omnium eloquentissimus eschinesq; floruit: adeo certe non solum preceptores insudant vel hij quoq; viri huic studio quibus insignia sunt virtutuz: sed eciā pleraq; iuuentus hunc pre se fert animum / vt equales superare: maioribus vero par possit videri profecto certamen honestum! quandoquidem exercitacionis causa et acquirende sciencie / nullum abiciunt laborez: a nullaq; abhorrent lucubracione Nempe diuina iuuat impressura moguncie (vti ferunt) primuz reperta: tandemq; ab italis suscepta que omnis antiquitatis: omnium codicuz ad nos! omniumq; scienciarum cognicionem pertulit! vt plane omnia videmus rerum gestarum preclara facinora Jtaq; parum abesse puto / preterq̄m / q̄ de nostris iam negocijs pauca litteris mā

data! ne forsitan sola antiquitas obscuritatem afferret. quib9
de causis haud inutile duximus epistolas datis et mediocrib9
modo: et breuibus quasdā longiores perscribere. que ad extem
pore dicendi racionem plurimum conducunt. sunt autem ille
quas ad familiares nostros: propinquosqꝫ misimus. pro qui=
bus magnopere rogati in vnum collegimus et impressure acco
modauimus! vt ad multos possent correctiores peruenire Ce
terum vt priores misimus ad dominacionem tuam tanqm̄ ad
iudicez earum/ qui ipsas quoqꝫ illas/ non modo correctionis
lima emendare! sed eciam siquid ornatus in his: splendorisqꝫ
oratorie artis contineatur penitus intueri possis. ac eciam ea
quidem vna re perspicere/ quanti te facio: quantaqꝫ amplitu
dinem tuam dileccione et persequor: et obseruo Vale.)

Reprehenditur quidam qui stu
dium humanitatis vituperauit

Um repetere cepi vir optime: et prestantissime ma
gister ea que de studio humanitatis depromsisti/
vix satis ammirari possum. q disciplinaz illam: et
nobile decus deprimere conaris. si prophanus: si
ignauus quis foret/ minus imputandum autumarem. verū
cum sis vir clarus multaqz lectitasti in preceptionis racione.
stomachandum est sanis ingenijs q hanc tibi vendicas opini
onem Nam apud priscos quos antiquitas veneratur nihil fu
it tante reputacionis: nihil tam profuturum ad diuinum hu=
manuz splendoremqz duxerunt. atqz apud romanos quondā(
si hÿstorijs credere debemus) nullus in re militari/ nisi idem
in litteris prestans videretur. hÿ certe qui linguam latinaz am
pliabant/ maiori honore afficiebantur. qz qui imperiuz pro
pagabant! quandoquidem ab ipsis multa beneficia in homi
nes collata sunt. etenim maiores nostri comparacione quadā
militares: et gladio defendentes patriaz regios homines nun
cupabant: nostros autem latinas litteras exornantes diuinos
nec fortasse iniuria/ nam plerumqz magis sapiencia qz lancea
partum est in republica. neqz iam sapienciam multuz conduc
turam existimo sine eloquencia! propterea q illos quibus pro
desse debeant persuadere nequeant. at vt ego reor disertum vi=
rum facundumqz reperiri sine sapiencia non posse. cur hoc?
Nam dicendi facultas ex intimis sapiencie fontibus fluit! vt
ingenue pluribꝰ: et libris: ⁊ epistolis tullius noster testatur. re
cognosce mecū probatissime magister nonne omnes artes que
liberales vocantur/ humanitatis cura conscripte sunt? om=
nes leges edite: omnis via ad sapienciam munita. certe confe
cit illa doctrina ne barbari amplius appellamur. placz intueri
omnia studiorum genera mecum sencias necesse est/ nihil ma
gis conferre in hÿs ipsis quam imitari doctiores: et eos quos
duces principesqz profitemur in tali facultate. atqz vt ego opi=
nor quisqz qui releuate rationis est curā gerit primū vt bene lo

quatur. qui excellēciores sunt obsecro? Nonne tullius est? quē
singuli patrem eloquencie vocitant. nonne quintilianus qui
proxime ad hoc negocium accessit nonne plurimi alij fama: et
nomine illustros. atqꝫ vt vetustissimos obmittam artis scrip=
tores et coracem et chtesiam: et gorgiam / nostros quodāmo
do negligimus. cogitemus nunc quibus libris nos insudaui
mus: quos codices perlustrauim⁹. qn̄ loqui perdiscere conati
sumus. fuerunt composita verborū: verba deponentalia: eber
hardus: modisignificandi: plureſqꝫ libri / qui stulciores red=
dunt discipulos qm̄ accipiunt. nemo nobis ciceronem noīa
uit: nemo quintilianum: nemo therencium. ideoqꝫ vt iaz pla
ne intelligo tam facundos eos esse. vt ex ipsis tanqm̄ ex carbo=
narijs lux lucescit eloquencia. siquis eos loqui audierit fren=
dentes pocius audire possit porcos. quis ex emulis istis emen=
datam pre se fert sermonis preceptionem? si quid euomunt /
tumencia faciunt labra: duriter aliunde verba translata com
plectuntur ad aridum veniunt et exangue genus orationis. de
precor effare coniunctissime magister qui legati officio fungū=
tur in rebus arduis: ac vehementer pertinentib⁹: et ad priua=
tas res et ad publicas num disertissimi? quis collegit feros in=
domitosqꝫ homines in vnum locum: et congregauit atqꝫ in=
duxit vnamquāqꝫ in rem vtilem et honestam? nisi eloquens
vir et magnus? qui graui et pregnanti oracione persuasit. aijs
forsitan gentilium hec opinio est animiaduerte oro. qui religi
onis nostre sanctissime columne sunt. vtiqꝫ eloquenciores au
gustinus: ieronimus ceteriqꝫ qui in onī etate diuiniqꝫ eloquij
gemmas auro argentoqꝫ eloquencie vestierunt. et si vltro citro
qꝫ conspicari voluerimus tumqꝫ comparare omnium litterarū
studiosos. ceteris reuera eloquentes prestant qui legibus stu=
dent: aut canonibus / aut medicine domum priuatam ornāt
nos ornemus domum dei / vt in eam ingredientes ad religionē
concitentur. intuere sagacius reperies eminentissimos viros
non solum apud gentiles verumeciam apud hebreos floruisse
qui studiosissimi lingue latine existebant. cuius apud omnes

gentes maximū fuit in sapiencia nomen moyses poeta appel=
latur. est in eadem reputacione daniel sapiens. et sacer ille vir
dauid. haud de illis ab re loquor cum ipsi apud sacerrimos vi
ros cristiani cultus id obtinuerunt. cur eos non reprehende=
mus? si praue operati sunt cur non abiciamus? si rebus inani
bus circumamicti sunt quare non omnes gentilium libros se=
culariumqȝ volumina repudiamus! in quibus benedicēdi vi
demus diligenciam. nempe vt licencius edicam. qui cogitacō
nes suas litteris mandāt! in re presertim grauitatem habente
insanissimus est quāqȝ ego video neminez qui non libenter et
facunde et compte dicere vellet hec cū ita sint. quare verbis de
nigrauimus perspicuū magnificentissimūqȝ facinus! quod vt
aīt tragicus regina rerū est et ꝑfecta sapiencia. at obicis vtpu
to ex legibus: ceteri sqȝ libris illa hauriamus. nō repugnabo ꝑ=
tinaciter verum tela mea nō dum fregerim. ausculta diligenci
us / et que dicaz trade memorie! ex hijs quos memorasti libris
elegantia compatur. principiū aūt et origo in tullio est. pocius
autem in fonte qm̄ riuulo potanduz est. equidē in omni tracta
cione que ad honestatē pergere videt̄. nulla tam ampla tamqȝ
frutecosa est qm̄ hec animi exercitacō videmus iuriscōsultos qui
paratiores appareant. in hijs quidē ꝓprietatibus que ad casus
pertinēt / in ceteris nihil senciūt vel parū. quot compti eciam
qui insignia doctoratus susceperūt loquēdo deprehēsi sunt. ac
demum eo peruenere vt incongruitatem vicium non cēsent. o
extremam ignoranciam et barbaricam illam. o derelictum ob=
tutumqȝ ingenium. o manifestissimam infamam. precepto=
res esse volunt iuris ceteri sqȝ anteponi studiosis et in quemqȝ
ipsi infautissimum prorumpunt sermonem. ipsorum est et
puerilis: et illota locucio. cernis nūc ꝑdulcis domine quomō
errant illi / et velut in tenebris cecutiētes sermonis eos sui pe=
nitz sed ambiciosi sunt atqȝ elate mētis nihil rectū nisi qd̄ faciūt
existimant. et pertinacia quadā defensare elaborant. vt in eis
inscicia illa non denotetur. maximeqȝ illiusmodi tumidi insi
pidiqȝ: ac insolētes culpādi sīt: atqȝ temeritate increpādi. qm̄

culpa eorum latine littere iacturam naufragiumqꝫ ſuſceperūt
et quaſi ad interitum peruenerunt. conſpiciamus preclaruz il
lorum animi conatum ! qui tamen inſulſi ſint alieniqꝫ ab om
ni vero / dolent vt ceteri proficiant. miſerrimū id eſt hominuz
genus: atqꝫ adeo digniſſimuz odio. et omniū abhominaciōe
hij enim indigni ſunt vt verba de ipſis ſtant. agnoſce quorum
dam traditionem volunt videri ! ac ſi ceteris eſſent eruditiores
et quicquid aut legunt aut docent ſine gloſa non intelligūt. qua
lis ille preceptor eſt qualis inſtructor. non modo diſcipulos ne
gligit ſed ſeipſum fallit atqꝫ decipit. proinde eſt vt luciſſimaz
materiam ſuauiterqꝫ ſcriptaz et a viris perſpicaciſſimis tradi
tam animo complecti nequeant. loquar iam apercius pauci
dies preterierunt qui hic modo vitam agens a latino decore de
ceſſit. multi inquit regraciantur mihi qui mecum erant. inſi
gnia habet virtutum protulit quod barbarum eſt pocius qm̄
latinum. parum ille legit minus intellexit. noſtri graciam age
re graciam referre dixere. nōnulli noſtro euo leripipium dicūt
artiſta legiſta non agnoſcūt remotiſſima hec nomina fore a di-
cendi preceptione. recordor enim ſagaciſſimum quendam vi-
rum publice explicaſſe preter vnum in ſta terminata non com-
periſſe nomina videlicet hottaſta. permulteqꝫ alie ſunt in noſ
tra locucione abuſiones. que ab indoctis quibuſdam incultis
qꝫ viris ortum accipiebant et ſepenumero inepcias in apertuz
ducūt / que repugnant et ebreis et gentilibus et grecis quid di-
cam de epiſtolis conficiendis: in quibus quinqꝫ aſſerunt par-
tes: nullibi viſum eſt apud fide dignos. quid de ſoleociſſimo
illo cum vnum quaſi plures nominamus. eſt ne ſoleociſmus
dij boni ? inuiſere licet donatum in opere ſuo ampliori qui lu-
cide exclamat ſoleociſmuz. an ritus marci tullij ſit ſingulares
ſic appellare perſonas. non certe. quid in fide noſtra ſanctiſſi-
ma ? omnes enim congruitatem retinuerunt. fac inquiunt ex-
cellentiſſimi viri preſta: pater noſter qui es non qui eſtis. ſapi
enciores ne ſumus illis ? quis audet dicere: aut verbis affirma-
re. queris vt arbitror euaſionem mos patrie eſt. ſed mala: ſed

preter rationes. sed preter maiorum autoritatem. bone vir nr̄i
pudor imprimis esse debet impedimēto! et vetustissimoꝝ tra=
ditio ne fiat. informe est et indecorum ab illis viris dissentire
sed obicis magister. N. multam operam in hoc studio con=
sumpsit et eloquens non est. quid ostendis in vno homine eciā
am si natura sibi nō esset adiumento consimile est in ceteris fa
cultatibus. quot videmus ydeotas in artibus. quorum dextra
quot digitos haberet non norūt. quot pedestres in theologia
ne id circo spernere sacras solemꝰ disputaciones. et infiniti in
medicina itē in vtroqꝫ iure cōperti qui emergere nunq̄ȝ potue
rūt nullāqꝫ hominū consecuti laudem. sed neqꝫ preterea ab eo
rū preceptione abhorreamus. equale est in hoc negocio non
quia hic homo parum assequutus hanc aspernari scienciam
oportet. duc in exemplum quoruꝫ nomina egregia sunt! et qui
in vita humana hec studia maximopere coluerunt. et perspici
es procul omniū hesitacione que videre gaudes. aliud abiectas
preceptores nulli sunt an dominacioni tue respondeam si dixe
ris pauci verissimum erit verbum tuum sin nulli longe ate dis
sencio. Scitū est iam pridem quendā liptzig fuisse qui aliqua
satis vtilia opera et poetaꝝ interp̄tatꝰ ꝛ quasi illa paruifacis ꝓ
pterea quod non resumpsit / aut plinium: aut titum liuiuꝫ ex
ras vehementer quippe Btm̄ iheronimum in apertū duxisse
notum est dempto virgilio: neminem in poetis therencio pre=
stanciorem: ouidium floccifacis: qui vnus e summis semper
habitus est poetis. crede inq̄m inglorium est atqꝫ ad extremuꝫ
ab honestatis gradu viro tam scientifico detrahere: quid aijs
de nobilissima ciceronis oratione. quaꝫ pro milone viro fortis=
simo perorauit eam luce clarius (vt predicant) exposuit: neqꝫ
facile inueniam quid plus poetice dignitatis obseruat: q̄m et
iuuenalis exquisita: et persij dogmata Non em̄ vt in singulis
operibus excellentissimos habeamus interpretes Sed cum par
tem imbiberimus lumen in ceteris contemplemur Itaqꝫ alte=
rius lumen candorem sequitur alterius Nostri dies in quibus
humanam vitam agimus breuitatis ob causam non paciunt̄

quosqȝ scriptores legamus / melioribus tamē laborem impenderimus alios carpere poterimus nulla cura adhibita at ingeniosi hominis est vnuȝ queat ex alio elicere multi contradicūt alijs / et multi sūt quib⁹ nihil alti cordi est qui aspirare nequeūt atqȝ tamē vehementissime expetunt / ne alius doctior euadat vis ne illos ipsos consectari qui in stulticia sua sepeliuntur quē reris tam dementem qui hoc non senciet. qui vsqȝ adeo debachatur vt de illorum numero esse gaudeat Nouissime autez adiunxisti pter cōportata nihil nos habere lōge deciperis Omēs fere marci tullij libri in lucez venerunt emimus oraciones eius libros officiorum ambo rethoricorum volumina: atqȝ ipsum epistolare virgilium comparamus vna cum seruio expositore suo In manibus therencium habemus / pluresqȝ alij libri inditi / doctissimorum: et poetarum et oratorum et aliorum scriptorum haberi possunt Est ne illa clarissimorum virorum comportata materia Sentis iam quid verba tua roboris habeant atqȝ illius a quo sic inductus es et pene persuasus. paucis tecū agam de iurisconsultis qui aspernantur lucidū hoc iubar sanctumqȝ munus / quid scribunt in litteris suis / cuiusmodi sunt eorum epistole ꝛ citaciones ammonicionesqȝ: ac illa que iuris ex condicione cōficiunt nihil amenitatis retinent / ac eo peruentum est vt nisi formularia in hijs conspicarentur necquidquam significare valerent Corrupta verba adiungunt in hijs artem suam ostendunt / quo perueni examina animū tuuȝ an illa vera / et fortasse iudicio tuo relinquam Aijunt ceteri iuristaꝝ hic stilus est vocabulo abutūtur vt ante dixi nimirū vt in alijs pariformiter deuiauere ꝙ pauci ꝓficiunt in studio humanitatis audio pauci sunt qui laborē nō formidāt / censeo eneā te legisse quid de gymnasio illo loquatur quid tullius quid ceteri omnes / eorum vna atqȝ eadem mens est / videlicet neminē posse ad virtutum acumina scandere sine lucubracionibus et quidem intentissimis id vero arduum est et laboriosuȝ idcirco nostri homines pocius torpere volunt quam labori incumbere / ociuȝ diligimus libidini vicijsqȝ pluribus insistimus et tam

dem in sentina degemus ignorācie / tu vir ingeniosissime hūc a te propulsare errorem cura / euola ex vulgarium volutabro aspernare stoliditatem ipsorum: qui vt ceci de coloribus de hac re disputant / imitare prestabiles autores sanctissimosqz viros qui vnicum hoc munus ceteris pretulerunt et tantum decoris consecutus quantum nec vnqm̄ ausus expetere fuisses / et si facultatis tue amplam doctrinam huic applices / thesaurū indesinentem comparabis Ceterum siquid arbitrare me falso exposuisse aperte hoc refelle ac palam redargue et cum ita sis institutus stili officio designa dabis veniā si agreste cōfecerim Naz vt succurrebat celeritate quadam depingebam et maxime ea racione ne inuolute scripsisse viderer Equidem vt nunc concipio / ex obscura inuolutaqz scriptione si bene memini eorum que a te audiuerim nullam suscipis / neqz animi delectacionez neqz iocunditatem . idcirco in eo litterarum officio cupiens tuo imme fauori morē gerere / pluris videbatur humili iaz: et quasi peruulgato modo condere epistolaz / qm̄ alto: ac vt plurimum sit ab intelligencia remoto . vale et mei interdū memor

Consolacio quedam in aduersitate
et significacio in quibusdā negocijs

Vdiustertius peruenerūt ad me littere tue quas magno sine cordolio legere non potui Nam quanto plus te amo tanto eciam vehemencius (quasi fortunam viderez mihi aduersari) doleo Scriberez ad te consolandi genus . si quod esset nullū aūt sencio preter sāctissime religionis nostre sentenciam . que est q̄ in omnibus aduersitatibus paciencia habenda est . Scis quibus temptatus erat Job tribulacionibus nunq̄ȝ animū suū mutauit Semper existimans donum esse dei et pueros et alia que nobis volente deo elargientur atqz cum auferuntur casu aliquo Et sepissime plaga permittit̄ . vt is quē magnus parēs diligit velut aurū vulgū pbat in fornace . q̄ deinceps recte possidere valeat electorū beatitudinē Sed de his pauca qn̄ quidē in sacris plura q̄ȝ ego plustrasti Quid vba multiplicas . z

ambages adducis plures nescio quid dicam peius scribunt q̄z
tu qui existimant se esse huius sciencie preceptores Te non im-
pugno propter magnitudinem tribulacionis tue. neqꝫ animū
a te auertaz siue scripseris siue manuz abstraxeris / vt plane an-
tehac intellexisti adiui brunsdorff exposui calamitatem tuaz ro-
gabam in melius interpretaretur / et aduentuz tuum quo pac-
to mihi scripseris enarraui. fecit primū difficultates magni-
pendebat negocium propterea q̄ terminus expirasset quod fac-
tum esse sepius aiebat Deinde dicebat q̄ ammodo rem ipsam
ad eum non spectare / quia translatum esset ad consulatuz de-
inde habebo inquit paciam et quod res amplius non differat̄
neqꝫ prorogetur longius Et persuasione sua martinum qui p̄
curatoris agit puerorum officiuz pariter rogabam. Ceterum
de argento nihil habebis eram cum martino pawer explicabā
que scripseris dicit se non vendere minutas huiuscemodi mar-
cas neqꝫ vt ipse arbitretur liptzk reperies. hac vero ostensor pol-
licitationes faciet ꝫ codicum racione pro quibus fideiussionez
feceris existimat auferre fauore tuo Vide fidem non adhibe-
as alioquin solues omnē pecuniaz. nihil veri huiusqꝫ in fratri-
bus illis comperi Tu quid tibi conueniet videbis / et aduen-
tum tuū non prolonges. ne incomodū tibi cuz hijs cresceret ho-
minibus et tu vale et tuos omnes meo noīe iubeas valere.

Dolet quidam et conqueri-
tur q̄ duxit vxorem

Jquem desperare oportet me illum esse necesse est Omē
mihi accumulatuz est infortunium Et quod ad exicium
ducit in me habet imperium Video canū rabiem: luporuz im-
petum: vrsorum importunitatē interitū minari. musce culices
apumqꝫ genu[illegible] me infestat agitatqꝫ stimulis suis etquidez acu-
tissimis Nec buffones desūt nec vippere venenosissime. et alij
serpentes qui caudis inficiunt lesum iam membrū. quomodo
iam ista ꝫ Nā vxorem duxi que cuiusuis malicie exordiuz est!
et virtutis fugatrix Vicit me astucia eius victoriaz obtinuit!
triumphūqꝫ in manibus habz Gaudet letar̄ vita sibi iocundū

est. que cum sencio magis ac magis magis malum meum inte grascit Quid iuuat obsecro multas me legisse historias: et habere temporum memoriam / qui periculum effugere nequiui quot poetarum volumina conspexi? quot perlustraui philosophorum codices Et postremo omnium scriptorum libros intuebar Cur vnicum id memorie non commendabam quod mulier animal est astutissimum. estque falax promptumque ad omne scelus Cur dij boni periculum in alijs non cepi: qui sano consilio cautum me facere conabantur / hoc scilicet me fefellit quod dulcibus puellarum sermonibus ac confabulationibus delectabar Sed quis demonum racionem mihi eripuit / nihil ad rem conferentes vnquam sermones tam cupide audiebam. vtinam aures pice: ac plumbo obdurassem: et syrenum cantum non audiuissem Quid aliud futurum est nisi quamprimum precipitem de exelsa petra me faciam Equidem omnes res temeritatem habentes aut emendari possunt aut delictum verti in melius. hoc ipsum quauis caret recociliacione Spes mihi foret si circes incantatrices incidissem vel in cillam marinam. Si cidopum me vehemencia obtineret Si in vngues ceci poliphemi peruenissem Nunc in matrimonio medium nullum est finisque nullus. Proch deorum fidem et hominum. hec mihi socia est que humanum decepit genus. que a nobis ammouit gaudium: que labores parauit et omnem angustiam. Que parenti pomum porrexit / quo iram dei merebatur: massamque omnem auream propagacionis defedauit An resistere nunc possem huic que dauid decepit. plagamque ingentem peperit. eius obscurabat oculos / mentemque muliebrem reddidit Nonne arestotelem philosophorum precipuum calcaribus pupugit: et ceu equum ascendit Virgilium in turri pendere voluit. hec inquam escam mihi parit manibus me tractat: et ad quoduis negocium paratum me habere cogit mandat imperat libertas nulla est: nullumque solacium. libri deseruntur optimarum arcium. heu me miserum quo me vertam: aut quid consilij summam At vero nihil cercius quam vt euestigio me perdam Si nulla est que me deforat

fera. nec vllus est morbus me consumēs / laqueus iniquus pos
tremo collum meum torquet et morti tradet.)

Excusacio quare minus mensu randis studet carminibus

Jraris vtputa ꝙ tam paruz in mensurandis cano car
minibus: ꝙ iam preter consuetudinem est / et per mul-
tis deforme videtur: velim paucis tecum agere de hac re si attē
ciores preberes aures et animi mei intentum plane perciperes
ita enim ratione quadam integrius intelligeres neqꝫ certe infi-
cior appetitus ad concentū hunc paruus mihi est Naz multū
laboris habet / lucri vero aut parū aut nihil Que autez eius rei
vtilitas sit pariter cognosces. animiaduerte primū ista que iaz
cōmunit carmīa figuratiui cant⁹ tāta velocitate note fere diui
dunt̃ ac subtiliant̃ diuisiōe quadā / vt ad indiuisibilē punctū
quodāmodo veniam⁹ At video certe ꝙ multi in hac disciplīa
educati magna ipi difficultate modulacionē hui⁹modi perfici
unt Atqꝫ vel qui nōnunꝙ cōponūt faciūtqꝫ huiusmodi melo-
diā pmo ꝯspectu succinē nequeūt quātū nūc tps requirit et pos
tulat iuuenes ipsi sciant qui mollicīe mētis pre se ferūt Onus
ꝓfecto magnū est: et multa eget exercitacōe Adolescēciores per
fecte erudiant̃ Et id cum difficile sit longe difficilius est adul-
tos instruere. qui vel tenorē respiciūt: vel alias modulacionis
ptes adeo oportz ingenij conatu elaborare vt consumet̃ in hoc
negocio maius tpis spaciuz. quippe eos requirit homines qui
alijs negocijs nō prepediti sunt Et illi rei tm̄ insudent. qm̄ aūt
talia presensi et mīe hijs vacare studui pocius āmouendū sartū
illud tam durū censebaz nec canor iste melioribus obstaculo fo
ret: et impedimēto Turpe est em̄ musice ꝓprietates et quidem
mēsurabilis ita ꝓsequi amore: ac demū studio vt meliores dis
ciplinas negligam⁹ Diceres forsitā ꝙ plurimi sunt qui dulcib⁹
incūbāt cātilenis et ceteris ferme omnib⁹ similiter studiosi. fal
lit te prestantissime magister opinio illa. fateor plures auctīa
cione aliqua sic loquunt̃. at si ingenue ꝓspicere valem⁹ vltro
citroqꝫ intueri / nostro euo nec aliquē comperies quid pluri-

bus ago? Naz bene consideranti apparet / illos ipsos qui mu-
sice student alijs esse dissoluciores. quare hoc? Nam plurimuz
nisi tpis in ea cōsummāt exercitaciores esse non possunt quid
tum postea arbitraris? equidez assiduo clamore caput distur-
bant: vires debilitant: extenuant quoqꝫ animuz: et postremo
seipsos eneruāt. adeo vt inepti sint ad reliquas doctrinas. Il-
lud ipsuz cum senciūt cantica illa tantū amplectant̄ reliqua de-
dinant repete in animo quos in vita nouisti cantores quos vel-
periciores alijs reputasti. qui fuissent iam virtute: et vite inte-
gritate muniti gaudent canere in plateis! et ea carmina cre-
bro que deformia sunt. et in adolescētibus puellisqꝫ et lasciuis
mulieribus amorem gignunt illicitum Et omnem fere cantuz
eo ordinant amatricibus suis magis placeant. deinceps vt in
ecclesia modulentur alia verba adiungunt. quod cum accide-
rit deuocio nulla est in hijs presertim qui decantant propterea
ꝙ tanta cura est et ingenij labor inter cantandum / vt omniuz
aliarum obliuiscuntur. verumeciam cantoribus sepenumero
ascribitur / hoc quidem vnum potissimum facere audienciuz
gracia. quociens eciam dij boni audiui (de ceteris sileo) vir-
gines interdum et iuuenculas ad coream incitatas fuisse ma-
gis qm̄ ad diuini cultus religionem quocirca in me si esset situz
talem ego amenitatis sonitum ab ecclesia abicerem: hoc pacto
ne cantus aliquis cōcineretur in templo dei qui antea ad ama-
torium vsum esset applicatus. Sed de hoc hactenus. Aliud
mihi proposui ad aliud pergit intencio mea. porro condiscere
nunc carmina illa estimo que aut virgilius: aut marcus tullius
aut reliqui litterarum amatores. Cantabo reuera dulcem
istum amenissimumqꝫ sonitum. Arma virumqꝫ cano troije
qui primus ab oris et cetera. In hijs est ingenij suauitas: cre-
braqꝫ sentēciaruz acumina parit hec facultas in quoqꝫ ornatis-
simorū verborum ornatuz. quid vir modestissime dignius cen-
semus in docto homine quam quod extemporalem habeat elo-
cucionem. Hoc vnde vsuuenerit obsecro? nulla inquam alia

ex re / nisi qua frequentissime fit de virtute: de republica: de p
uidencia: de origine animorū: de amicicia. que materia ma
xime abundans est ad graviter: et copiose dicendum. Hinc
eciam illud est quod cicero pluribus libris et epistolis testatur
dicendi facultatē ex intimis sapiencie fontibus fluere et vt mul
tis videtur atqꝫ antiquitus dictum est Nemo consequi possit
nisi cui vena ex alto detur. crede coniunctissime magister tan-
ta in humanitatis preceptione est delectacio / quantā ego vix
audeo dicere. primum ego qn̄ a preceptoribus meis audiuerim
difficile mihi erat creditu / multis litteris talem esse animi re-
fectionem: et pene gaudium. feci vt plurimi solent qui actio-
rem vulgi opiōz pre oculis habentes / fabulas solū et loquaci-
tatē reputabā Sed hebetior longe in me fuit existimacio hec:
et ab omni semota veritate Deinde quando ad altiorem conscē
di intellectum / et ipsum lectitare cepi tullium cum in pluribꝰ
volūībus tum in eo ipso quod de oratore inscripsit Non tam
vehementer ista declamabant / quin forcius ego crebriusqꝫ de-
clamandum censui. graciam habui: habiturusqꝫ sum precep-
toribus meis / qui me ad hoc diuinū munus: et clarū iubar
concitare et allicere conabantur Maxime heinrico dessau im-
primis qui me vt pius magister et instructor adhortari nō de
sinit id facit. vt aprime sibi copulatus sū et indies magis: ac
magis amantior sui factus En continētissime fautor eo vsqꝫ
iamdudum peruenī nisi in quopiam calescat diuini spiritus
ignis: ac deflagrat magis incendio haud quaqm̄ ad hoc sanc-
tum munus peruenire posse Ceterū egi aliquando mihi scribe
res cū te a domesticis abstrahere valeres procellis Sed nullas
adhuc vidi preter vnas a te conditas litteras. dicis enim curis
et maximis inuolutus sum diuturnisqꝫ laboribus. Est enī ali
quid sed nec omnino ingenium deprimit: atqꝫ pessundat: plu
res enim ex eruditioribus fuere / domesticarū qui onus tulerūt
vitam egerunt cum vxoribus litteras tum per magna obserua-
bant dilectione Sic bohecius / neqꝫ vero coniuge impeditus:
nec carceris squalore adeo detentus / quin in cōponendis car

minib⁹ leticiaʒ pre se ferebat Sic Salustius quādo a republi=
ca quieuit / in vita coniugali hystorias exquisitissimo quideʒ
stilo confecit Quot marcus cicero nōne per longum temporis
articulum terenciam habuit coniugem precipuus erat in re=
publica et postea tandem consul factus / nūq̄ꝫ reliquit lumen
istud tam clarum et lucidum / vicit catelinā coniuratiōꝫqꝫ sup'
auit aurea eloquencia . et ex rhetore factus est consul / qui orbis
terrarum tunc dn̄m vocabant̄ . Sunt equideʒ in numeri qua
si : litterarum qui obseruanciam amplectuntur . opera : labo=
re : et summa industria . collum non semper ab vxoribus liberū
gerunt Ita quoqꝫ vt iam memoraui de multis antiquitas ip=
sa testatur . te concitare velim presenti hac epistola ad me scri=
bere non negliges Nam cum litteras dictandi officium ingre
dereris / promptior fueris expediciorqꝫ multis alijs in causis p̄=
sertim in lingue emendacōne Sunt vt vides disertiores qui in
maximis quibusqꝫ : ac natura pulcerrimis reb⁹ versantur . abi
litant ingeniuꝫ : dicendi genus fortificant Id reuera in huma
nitatis disciplina / maxime in qua est memoria temporuꝫ atqꝫ
gencium hystorie . sine quibus veteres dixerunt nemo non pu
er est . Inquis forte modus scribendi mihi non est : tam precla
rus comptusqꝫ et dispositus vt velim video quosdam emenda
te scribere et magno ornatu / q̄ cum mihi non accidit puerili=
ter agresteqꝫ scribere vereor . facis vt sencio vt quondam ado=
lescens quidam triduum ipse cum conaretur neqꝫ scribendi
exordium inuenerit vehementi compulsus tristicia Preceptor
eius florus iulius is cum tristē forte vidisset / interrogauit que
causa frontis tam abducte . nec dissimilauit adolescens terciū
diem esse iam ex quo om̄i labore materie ad scribendū destina=
re non inuenieret exordiū . quo sibi nō modo presens tantuꝫ do=
lor : sed eciam desperacio imposteruꝫ fieret . tum florus arridēs
nunq̄m tu melius inquit dicere vis quam potes / ita se res ha=
bet curandum est vt q̄m optime dicamus / dicendum tamen p̄
facultate . ad profectū em̄ op⁹ est studio nō indignacione Cu
ra igitur venerande magister vt sepius litteras conficias Naʒ

ex frequencia habitus sit / qui nouissime amorem gignit littera
rum: et perfectum reddit in hac re studiosum. et hoc satis. ti-
meo ne tibi legendi hora magis tediosa fuerit qm̄ mihi faciēdi
Fac preterea ne semper caream epistolis tuis vale.)

Excusat se / cur sibi non con
ueniat in religionem ingredi

Recitabam epistolam tuam optime amice: et domine
mei amantissime. agnoui veraz erga me amiciciā tuā /
quandoquidem ingentem habes / et curam: et sollicitudinem
salutis mee. tantaz mihi insignasti autoritatū copiam sanctis
simorum virorum / vt ipsis illis ad maximā prope deuocionez
prouocabar. credebam speculū mihi esse vite mee. que si sequi
valerem tucius mihi foret: securiusqꝫ iter ad vitam eternā. sed
loquar tecum planius / vt aperte intelligas propositum animi
mei. satis inclinatus sum ad religionem / quaz semper diuini
tus institutam reputaui. hactenus autem obstacula fuerunt /
que impedirent huiusmodi intencionē. scis equidē qm̄ fragi-
lis sit humana condicio: et qm̄ procliuis ad peccandum. atqꝫ
eciā quid in adultis iā faciat consuetudo ipsa inueterata. ma
xime duco necessarium quisqꝫ bene penset prius: seqꝫ ipsum ꝓ
bet an sibi portabile sit onus / ne grauatꝰ succumbat. turpe est
inceptum opus praue relinquere. ac demum dicere non puta-
rem hoc euenire. tum quanta nature sit debilitas non fugit di
gnitatez tuam. aijs forte consuetudo cohercenda est: corpusqꝫ
compescendum / vt equus quidam intractatus: ac belua im-
manis / propter amorem saluatoris nostri / vt pure introire
tandem valeamus ad sancta sanctoruꝫ. non repugno in pue
ris perniciose anime consuetudines abiciende sunt: puraqꝫ vi
ta induenda / tametsi in etate profectis arduum sit et monte fe
re ethna grauius. propterea qꝛ in alternatam verse sunt natu
ram / a veteribus philosophis desinitum est. et nisi fortez quis

animum vendicet nunq̄ certe id efficiet. noscis autem diffi
cilimuz esse vincere se ipsum. atqꝫ eciam compertum habeo/
multos huiuscemodi prouinciam aggressos: ⁊ in breui tempo
ris cursu ab ea quoqꝫ vna re defecisse Neqꝫ iam conducit eos ip
sos nominare. habundas profecto exemplis. ea omnia ante
diiudicare sapientis fore multi autumauere. et q̄mq̄ illa nūc
perscripsi/ non tamen mihi diffidencia est/ quin corpus con
stringerem amouerēqꝫ ab inutilibus rebus! quibus forsitan
modo amictus sum. videlicet a colloquio vel puellarum: vel
mulierum. vel a ceteris inanibus negocijs. quibus mundus
gaudet! nihil ad rem diuinam conferentibus. eaqꝫ vt aliquis
deponet in arbitrio ipsius puto collocatum. et qui magnani=
mam pre se fert racionem is certe meliora semper eligere studet.
nunc ad alterum peruenio/ quod positum non est/ aut in vi
ribus nostris: aut voluntate cognitum habes suauissime fau=
tor multos fragilitate quadam: ⁊ veluti morbis affectos. quis
tamen nature resistet si tale aliquid contingeret. et vt paulo an
te memoraui. manifesta est tecum locucio mea. et non secus ac
cum confessore meo produco. palam habes quantas interduz
passus sum infirmitates. et si nunc corpori nimium detraherez
forte maius inciderem periculum! in quo nec salus esset ani=
me: nec aliqua inde vtilitas euentura. mihi metipsi noxius es
sem: et causa interitus immatura. respondes vt arbitror/ ne
mo cogitur. et egroti cura quadaz prouisi sunt. fateor certe ad
paruulum tempus. quid egrotacio illa si durat diucius? ac ꝑ
inde fratres superioresqꝫ ipsi tedium concipiunt. tum huic ci=
bus porrigitur communis! qui sanis esca est. et nōnunq̄ ab
eo fortassis morbuz acquisiuit. non semper idem cibus et om
nibus conuenit. eciamsi nouerit quispiam esum sibi obfutu=
ruz fames tamen ad recipiendum cogit. neqꝫ ausus est alium
postulare cibum: neqꝫ vt reor si postulabit euestigio porrigitur
huic quoqꝫ ipsi indignacio plerumqꝫ aliorum nascitur. noui
experiēcia nōnūq̄ magistros religionē monasterioꝝ induisse

quorum non penitus complexio robusta erat. ipsisqꝫ infirmantibus / vt mendici iacuerunt! quibus auxilium nullum est. tu teipsum examina / verum ne loquar. audi tamen cur hec in apertum refero. ne credas claustruz me odio persequi! quod ab ineunte etate celestem iherusalem nuncupabaz. ea mihi natura est / que a ieiunio abhorret fratres religionum pro sua vi ieiunium diligunt. et nulla mihi spes est vt consuetudinez ieiunandi efficere possem. Equidem tempus comedendi si neglexero / appetitum deinceps recipiendi cibum amitto. et ad nullam rem tandē postea aptitudo fuerit. idcirco a medicis siquādo me curabant inhibitum est ieiuniū. neqꝫ ab vllo vnqm̄ pacior confessore vt in penitencia statuat ieiunare. ꝙ si nonūqm̄ in maximis vigilijs / aut saluatoris nostri: aut virginis intemerate ieiuno / debilitate afficior. non ꝙ passionem sentirem verū viribus destituor. nullum habeo per integrum diem corporis vigorē. atqꝫ vt estimo tibi ridicula sunt: ꝛ qdamō (si recte memini) cōsuetudine assidua inducta. audi obsecro! quid mihi vir quidam et satis magne fidei retulit! cum querebatur de eadem re. Jnquit enī ꝙ parenti suo secum acciderit! cuz octo natus esset annos. Voluit in die pascheues eum abstinere a cibo: et vi īpellere ad ieiunandū. impulit certe. sepulto domino. ac meridie accedente quo tempore cunctꝰ populus cibo vtitur deficiebat! nec comedere potuit. genitor eius inquiens eū prandio irasci. existimans ipsum minis cogere vt comederet. fleuit pia mater! que maiori eum opera diligenciaqꝫ ꝓcurebat obsecrans patrem ne vim ei faceret! quandoquidem facies pallida ostenderet impotenciam. cui tandez pater acquieuit. illa vero die: et item postera quam fideliuz cetus sanctum celebrat pascha cibum recipere nequiuit. iacuit semimortuus et velut exanguis. nihil cercius erat qm̄ mortez obire lugebat vterqꝫ parens! ac nouissime genitor vouit postea nunqm̄ eundem velle ad ieiunandum impellere qm̄obrem racio mihi habenda est / non que omnes suadent aggrediar: sed que nature mee conueniant efficiam. quod si frater essem monasterij tui eaqꝫ narrarē

tri ac ceteri fidem non adhibe計itis ! saltem crediti uam. que cū
sancte affirmarem / diceretis me stolide egisse ! cum hunc scirē
defectum me ad retinendum obligasse ordinem : regulasq sanc
torum patrum Igitur primum pensandum est : et ita efficien
dum nullum inde incomodum sequatur. scio enim quo calce
premor : et quem doleo dentez. non extimo hanc institucionē
meaz reprehendas. postremo mea opinio est amplius velle op
timis artibus insudare. non posui terminuz in capescendis di
sciplinis. studio autem adherescere nemo equus rerum estima
tor carpit : aut vicio det. aliis multos in claustris proficere. nō
inficior. in practica pocius / qm̄ in his quidem ipsis que spe.
culacionem pre se agunt. sermones legere : ac audire inter pran
dium : cenādumq non magnum prestat nobilibus ingeniis
intelligenciā. qm̄qm̄ vt verū confitear deuocionez adaugeat.
quilibz diligens lector a se ipso talia intelligit ! si acute perspe
xerit. quippe sanctissimi augustini patris nostri in quis sermo
nes plurimum conducētes. non nego. sermones illi sunt at ce
teri libri vbi manent ? puto codices de trinitate : ac de ciuitate
dei. raro illi dantur in lucem. et siquando repositi sunt / in bi
bliotecis nemo fere amplectitur. cur hoc ? dicta certe : pariter
scripta crebro plena sunt / aut poetarum : aut philosophorum
doctrina. et nisi imbutus quis fuerit. preditu sq sciencia eius
modi autorum non intelliget. deinde nōnulli turpiter ferunt
poetas oratoresq : ac alios scriptores / quorum volumina secu
laria nunccupant religiosis pene omnibus esse ꝓhibita. quip
pe hec institucio mea / non vt ingenium meuz / quamuis par
uum sit incarceretur : memini me legere in professoribus sacer
rime fidei nostre cogere diligenter e quauis re vtilitatem prudē
tis est non ex nostris tantū : verūeciā ex gentilibus ! quos fide il
luminatos fuisse nemo admittit. verum quid multis agimus
columne vere in templo dei : ac ecclesie fidelium doctissimi fue
runt / non modo in theologia : sed in gentiliuz insuper sciencia
hoc latini : hoc ebrei : hoc quoq greci fuerunt. Augustinus.
Jeronimus. Lactancius. Ambrosius. Gregorius Basilius

Hilarius / ceteriq͡ʒ plurimi / qui diuinissimā doctrinam auro argentoq͡ʒ gentilium sparserunt. hoc est paganorum discipli-nis exornarunt. quid aliud sacrum istud dictuʒ significat quā do deus filijs israhel precepit egiptias spoliarent et auro: et ar gento ? nisi sapienciam ab ipsis: et humanam colligerent elo quenciam. nunquid et moyses fecerit queso ? quē cunctus po pulus sapientem predicat. qui primum egipciorum doctrinā inbibebat / deinde diuinis carminibus insudabat. et cōsimile est de daniele sapiente Nā si doctiores ecclesie vetarunt / q̄ nō faciunt / magis intuendum putarem quid ipsi agerent: quaʒ quid alijs agendum preciperent. loquar iam de litterarum stu diosis: atq͡ʒ adeo his / quorū ingenia excellēcia sunt. nō de hijs quidem / qui nihil vel altum cōplecti possunt: vel egregium qui totum vite spacium in cecitate consumunt! et in maxima ignorācia. diceret quis satis fuerit si cristū sciueris: eciāsi alia ignoraueris. reuera ambigo / quo pacto cristum sciamus ope ra eius ignorantes. ni talis scandere ad alciora non possit! vt depressus esset natura. vtq͡ʒ desitre racionis. quiuis vero qui bonitatē sentit ingenij: et pigricia quadam torpet: ac vltimo dicat oracionibus vacare / videat tandem ne plus peccet / q̄m si studio laborem impenderet perspicuum est / non posse sem-per oracionibus quem insistere. et hoc videmus vt fratres ip-si interdum laborant. intricati sunt manualibus operibus. is pictor est. alius librorum ligator. ac iterum alius fenestras candens / nōnullis fauor prebetur chorū relinquant! quo tem pore opus illud ipsum prosequitur. atq͡ʒ hec cum ita sint / cur studio optimarū arciuʒ locū: spaciūq͡ʒ non prestemus. cum tn̄ sacra scriptura concitare his verbis videatur. qui auteʒ docti fuerint / fulgebunt quasi splendor firmamēti: et qui ad iustici am multos erudiunt. quē putas eum talem euadere iusticiam ipse impartire: ac plane valeat multis cōmunicare ? is pfecto est qui multoruʒ libros plustrauit historias conspexit. philoso phorum intellexit sentencias: et plurimorum scriptorum! sine quibus nemo non puer est. nolo nimium certare / ne crederes

iniquo animo epistolam me hanc depinxisse. et alienum esse a dilectione tua. hoc de me habeto charissime ieorgi vt te non solum diligo: sed eciam summa charitate amplector: et prosequor. posui illa que mihi nature proprietas sit sencias. et qm̄uis multa scripserim / que fore censui obstaculo / cunctis tamē esset medium: preterq̄m huic vni quod in racione ieiunandi posuerim confecta quidem illa sunt / magna verborum licencia! quia magnum te mihi amicum / et scio: et predico. tu siquid habes vtili9 / quo me instruere possis: et dare velut iter quoddā quo tutissime proficiscerer / nedum libenter: sed promptissime assummam. atq; pro paulo tuo / qui te tantopere ardet aliquando ores. vale mi ieorgi fautor modestissime. et eos salutari verbo fratres tuos qui me amant alloquere. iterū vale.)

Scribit ad quendam qui longas
ad se scribi epistolas postulauit

Voluisti optime baccalarie: et fautor amantissime / ad te scriberem: et huiuscemodi materiam que prolixitatē in se retineret. Id vero facis (si probe commemini) vt ampliorem haberes / et materiam et scriptionem meam. scio em̄ quātum me diligis: et obseruas. et vbi amor presto est / nihil nimium erit. itaq; cum desiderium hoc animi tui plene cognoscerem / facile mihi fuit / illam ad te conficere epistolam! vt nō nullam haberes interdum mei reminiscenciam Neq; vero illis ipsis litteris terminum ponā scribendi! pocius certe / quādocunq; nunccius se obtulerit / taliq; dabo ad te scripciunculā meā. atq; eciam siquid a me vnq̄ perficeretur / quod dignum extimarem ad manus vt perueniret et hominum / tu quidem esses / et prim9 ad quez mitterem. tametsi multos videmus canum more latrātes / qui paruorum munusculorum / que condidimus laudem nobis surripere conant̄. at illorum impura nos oracio non commouet. faciemus equidez studium nostrum continuum sit: et quadaz gaudeat assiduitate! vt eciam si detrimento velint esse operibus nostris nequeāt! intelliganto;

demū ignorancia quadā sese: et cecitate vehemētissime extare. tum fiet quando elegācias quas ut scis nunc inceptas in lucē posuerimus. interea autem lectitabis epistolas eaqꝫ dictami=
na / que ad legendum apta! et a quibus tandem / tibi aliqua possit vtilitas euenire. in hac autem materia quam tibi editā pro iuuenibus meis / quippiam de rebus comperies de rebus humilioribus. in quibus legere: animumqꝫ exercitatiorem fa=
cere non inutile est. si iam idem apud quem est / antea in illius modi non sit eductus studio. accidit sepenumero / vt sermo=
nes producantur / de abiectis: vilibusqꝫ negocijs! que tamen exquisite: et eleganter circumloqui honestatis gradu non ca=
ret. non idcirco commendo locuciones illas pro adolescentibꝰ factas quia plurimum ornatus obseruarent. scio enim satis esse pueriles. verūtamē profuturos censeo! his qui eloquencie studium amant: et de pedestribus: abiectisqꝫ tractacionibꝰ lo=
qui gaudeāt. id a me habeto cōiunctissime baccalarie / ꝙ quisqꝫ sine rubore potest: et verecūdia eiusmodi oraciones ꝓferre. quia non prorsus expertes sunt cuiusuis artis. ac ad eloquen=
cie comparande studium spectat / vt is qui applicatus plura legat! in quibus dicendi preceptio est. non vetustissimorū so=
lum: verumeciam nouorū qui precepta latinitatis obseruantis=
sime retinent. sed vt comparacio veluti quadam sencias men=
tem nostram inter et veteres: et mordernos discrimen. pia ete=
nim antiquitas auctoritatem tenet. et ex ea velut lucis candor splendet. fundum habet certe: et tamq̄̄ scaturiginem roma=
ne ligue. siquādo vsu uenerit vt elegancijs certamꝰ / veterrima nouis semper preferuntur. posteriores autem / qui nostro euo scripserunt ad vsum: et extemporalem locucionez longe magis conducūt. non enim de his que in mari geruntur tractant. nō de bellis gentilium! in quibus multe ordinaciones fuerūt: aut instrumenta ad expugnandas ciuitates! que variata sunt om=
nia: et immutata quorum nomina si audiamus / nemo fere cognoscit! quandoquidem res ipsa ab vsu relicta est Ceterum

de nostris dicunt actibus. quomobrem his quidem ipsis libris: scriptoribusque plus quottidianam colligimus locucionem. nec tra dictorum abicienda est racio. altera vt auctoritatis eminen ciam prestat. postera vero vt vsum vehemencius adaugeat! et quasi germine quodam: atque adeo nouo floreat: tribuat que au dientibus amenitatem. has ob res oratum te volo / magnorum virorum volumina librosque complectare! vtpote. Ciceronis. Quintiliani. Therencij: ceterorumque quos laude omnium existimacio ad celum vsque extulit. vt plane videas quid ipsi in conspectum / de eloquencia: ac dicendi genere protulerunt.)

Narrat se in breui temporis cursu boca
cium legisse: rogatque vt philipptice ora
ciones sibi mittantur

Egi librum: et autorem ipsum bocacium: qui de pre claris / et viris: et mulieribus elegantissime scripserit. permulta enim reperi puncta / que ad dicendi racionem ipsa non parum conducunt. et maxime scribendi munus exornant. sua ue est: et delectacionem prestat: et vim animi ingentem! dum quis vetustas historias gestaque prudencium quomoptime acta per lustrat. multe siquidem vtiles reperiuntur sentencie que cum ip sorum iamdudum extinctorum ornamenta vite conspicimus veluti flamma quodam incendunt. et miro litterarum amore ac pos tea scandimus ad litterarum fastigia hoc in se habet generosus ani mus / vt non solum cum presentibus: sed eciam cum omibus claris vi ris se comparet. atque hec cum ita sint / dat operam ne inanibus rebus circumamicatur. iram cupiditatem libidinem pigriciam contumeliam et similia generis eiusdem propulsat. conspiciet enim in semet ipso / quasi in speculo corpori non esse seruiendum nisi quantum summa cogit necessitas. verum intellectus bonis artibus im buendus. et ex corporum vinculis: ac passionum societate per philosophiam eximendus. tum certe cum siquis arce mentis constitutus fuerit sub se terrena viderit defluere: semetipsum quoque in ipsa rerum labencium conspicatus decursione transire

sed ammiraberis forsitan in tam breui temporis tractu me legere
re potuisse huiuscemodi volumen. et dubitas an mihi ex tam
repentina lectione aliqua euenerit vtilitas. haud te latere volo
coniunctissime fautor / ꝙ laboribus non peperci. adherebam
die noctuqꝫ. non indulsi vigilancie. q̄obrem assiduitate qua-
dam perfeci / non solum codicem ipsum legi / verumeciam his-
torias aliquas partesqꝫ collegerim. ac plane eleganciores trans-
scripserim. velim et tu similiter faceres: cogitaresqꝫ quia nihil
magni quis sine potest labore consequi. ingenium habes vali-
dum: et taz facilez ad percipiendas disciplinas / vt nullo satis
iam sermone possez cōprehendere. nolo enim blandiri: aut ad
nutum loqui tuum. certe tantam scribendi formam consecutus
es paucis in diebus / vt mea sentencia / nemo quisqꝫ precellit
in monasterio constitutus / nisi dominus graciosus forsitan /
qui auditor preceptoris fuerit / in humanitatis studio. at ipsi-
us me fugit sciencia Te fautor dulcissime moneo: hortorqꝫ in-
sudare omninoqꝫ incumbere / optimis artibus: rectisqꝫ viuēdi
exemplis. libros sepe intueri. vanas cogitaciones abicere. co-
lere religionē / que omnia hucusqꝫ pergsit vt et tu et ego. et qui-
cunqꝫ alius sit ad magnitudinem vite: hoc est ad cognicionem
animi perueniat. neqꝫ enim tantopere tue in me scriberem dilec-
cioni: teqꝫ prouocarem / nisi igniculum: et seminarium quod-
dam in te conspicerem. crede si volueris magis proficies in di-
midio anno q̄m prophanus aliquis / et qui obtuti ingenij est
in duobus faceret. de hoc hactenus. librum ad te rursus mitto
rogoqꝫ domino meo gracioso gracias amplissimas habeas: et
si aliqua sese ingeret racio / quibuscunqꝫ esset in rebus / vt me-
um sentiret obsequium gauderem plusq̄m dicere conuenit. et
de me sic habeat / nihil esse taz laboriosuz: aut arduū / ꝙ in be-
neplacitis suis dum vsuueniret non subirem Ceterum digni-
tatem tuam oro videre velis Tullium nostrum ne habeat / in
philippticis. ꝙ si esset nomine meo laborez assume: eumqꝫ de

precare / ad paruulum tempus in eodem me legere cōcedat. ne
qꝫ dubito / quin humanitas sua faciat. nisi forte vnū hoc obsta
ret / ꝙ minime sibi notissimum. fac enim diligenciam tuam. et
pariter ego quecunqꝫ pro te efficere debeo faciam semper. vale
charissime martine.)

Respondet ad acceptas litteras et de
varijs scribit et rebus et negocijs

Litteras tuas iocundissimas quas ad me scripsisti legi
auidissime. cognoui tuum in me / et amorem: et cha-
ritatis vinculum. gauisusqꝫ magis eram qm̄ dicere phas est:
cum intellexi omnia tibi ex sentēcia euenire. excusas te nescio
quibus verbis de raritate scribendi. miror autem hoc quidez
propositum tuuz. scis profecto ab amicis omnia queqꝫ illa sint
in partem resolui meliorem Neqꝫ vt verum fateor / tam orna-
tus litterarum siquid ad me conficis delectat / ꝙ familiaritas
ipsa iamdudum inter nos contracta. satis honeste: satis inq̄
exculte scribis. et istud reuera / siue vsu quodaz: siue compara
ueris artificio / vidi ꝙ epistola tua magnaz pre se ducit precep
cionis racionem. et quantum ego paupertate ingenij nunc di
iudico scribere poscis huiuscemodi litteras / sine verecundia:
sineqꝫ pudore ad quoscunqꝫ et eruditos: et disertos viros. ita-
qꝫ hortor dignitatem tuam / si forsitan propter plurima qui-
bus implicatus es negocia: si propter frequentem iuris lectio-
nem raro studio possis humanitatis adherescere / scribe tamē
crebrius. tum eris hac quidem vna in facultate / exercitacior
Quot enī vehemētissime cōmendas. Ciceronē nostrū Eneaz
qꝫ siluenū quasi exemplū quoddā adduxisti facis amice Ceteruz
de germāo tuo: et ꝯsanguineo vt antea / sic quoqꝫ et nūc sencio

Neqꝫ opus profecto est / vt tua dominacio multuz me rogat.
tante semper apud me es / et auctoritatis et reputacionis / vt
quecunqꝫ significes / precepti loco assumo. de schola autē / vt
eciam te cerciorem faciam. scias enim alium eos rectorē accep=
tasse Neqꝫ vt reor abditum / nōnullos de potencioribus mihi
aduersatos fuisse. qm̄obrem petere recusaui. veritussum / ne vt
antea in scandalo meo gauderent. nec eciam vlla me habet du
bitacio / quin ad hyemem futuram alium iterum rectorez col
locabunt. tanta est huius schole dispositio. verum vt antea
fuisti sollicitus in factis meis: atqꝫ vt aijs dominum doctorez
virum illum in multis disciplinis eruditum: perdoctumqꝫ fa=
uorabilem esse: mihiqꝫ inclinatuz esse: ac pro me laborasse. ro
go et peto maiorem immodum vt adhuc huiusce sollicitacio a
pud dominacionem tuam de me fuerit. ꝙ si iam ad estatem ꝓ
xime instantem fieri non possit / labora contingere id quidem
vnum possit / ad hyemen futuram Et domino doctori graci
as habe nomine meo qm̄ maximas possis Cui et ego me obli=
gatum: astrictumqꝫ cognosco / pro illiusmodi in me beneficio
memoria benefacti sempiterna: et quibus ego vnqm̄ valerem
racionibus complacere dominacioni sue / ita tum me ostende
rem / vt nulla vnqm̄ ingratitudine accusarer. Sed de his hac
tenus ad alia modo festinat oracio. haud latere volo tuaz erga
me dilectionem ꝙ tres fuerunt ad monasterium citate persone
vna tibi familiaris est. altera vt aijunt domino mathie. tercia
vero propter suum in me fauorem. prima terminum habet ad
dominice resurreccionis vsqꝫ celebritatem. alia nullam potuis
set graciaz obtinuisse / nisi presidio fuissent scripta / ea que ostē
debant ipsam esse in stulpen absolutam Terciam vero quā pro
be noscis mulierez / ita acriter officialis astringebat vt estima=
bat nullo posse modo illā euadere. ascēdit cū ea Campinus et
ronestꝰ / nihil potuerūt efficere. pleruīqꝫ officialis ip̄e ex cōmu
nicacionē minatꝰ ē Fuit mecū accusata. ꝙ cū ad me detulerūt
ascendi ad monasterium. rogaui ne mulierez in hoc astringeret

quandoquidem infamia inde mihi nasceretur. primum nega=
uit me in crimine illo nominatum esse. ac postea tandem pla=
ne confessus. nichilominus procedere autumabat Cum apud
eum / nihil potui impetrare visitabam reuerendu patrem ab
batem. rogaui vt huiuscemodi ostēderet mihi. et fauorē: et gra
ciam vt in eo ipso vno iaz articulo non procederet in quo essez
ego nominatus. obtinui. deinde multa mihi loquebatur. par
tim me tangencia / nam multis in rebus fui apud eum accusa
tus: partim dignitatem tuam / q nōnullis in negocijs contra
eum fecisses aijt eciā de domino iohanne capalono in kempnitz
qui tractus esset a iudicio ipsius ad stulpen. Narraui scripta
tua / q apud dominum doctorem tantum efficisses / vt nihil
dedisset. postremo inquit me appellacionem fecisse. ac eū qui
dem ita induxi / vt fidem mihi adhibuit a me non esse factam
deinde nominatum capalanum adiui interrogaui promocio
nes mee apud te voluissent. aijt enim te rogasse pro eo. et do=
minus doctor penam dimisisset Sed postq̄ inquit ad friberḡ
venit doctor eum coegit penam in stulpen ob tuas preces: ac
promociones dimissam vt daret. pluribus hoc manifestauit.
velim enim si huic rei medium aliquod posses inuenire Eciā
dominus abbas inquit te in discordia quadam ab eo recessisse
Si tibi videretur conducere scriberes quandam excusacōnem
q̄m ego tum domino gracioso ostenderē. Naz aliquo iam mō
mihi inclinatus est. pollicitusq̄z est si comodum nōnullū mihi
esset inde euenturum suos velit omnes libros accomodare. aut
si magis placeret tu ad eundem dominum scriberes: teq̄z excu=
sares / ne tanta eius erga te fieret indignacō Et vt concepi con
questus es forsan apud. Jeorgium Schleymytz eam trac=
tacionem q̄m habuisti cum eo in equi solucōne et id pariter ad
eum peruenit Tu suauissime fautor / siquid posses / vt ea in=
dignacio sedaretur cupit et baccalarius erasmus: et ego effice=
res. ac ipse iohannes Schwippichen cupit vt ea pecunia quā
pro causa vt nosti peracta deberet exponere / sibi dimitteretur
vtpote q mulier secum nescio que in parrochia fuisset. q vitā

margaritis comptam: quodq̧ annulos: ac q̄plurima alia ipse clinodia / vt accusatus est dono dedisset / quibusdam personis siquidem existimat erga tuam dignitatem promereri vale et pauli tui oro non sis immemor.)

Scribit domini sui graciam quā diu non habuerat rursus esse adeptum

Jquando ad te scripserim aduersa a quibus ego vndiq̧ exagitatus Nunc ut reor non immerito / participez te facio illorum quidem successuum / qui alacrem mihi letuzq̧ animum prestant. sic explere censeo amici officium / quod apertum cor semper ostendit: et in aduersis: et in prosperis. illa profecto lenit: hec reddit leciora / cū parescūt in amicicia Tu mihi amicus es. cum multis alijs de causis: tum quia dominum graciosum / apud quem grauiter multis criminibꝰ accusatus sum propensiorem fecisti Tu studium quod ego vehemēter / et admiror: et obseruo diligis: atq̧ amore complectaris. quid autem copulacius q̄m morum similitudo bonorū: quid amabilius q̄m idem semper / aut velle: aut nolle. in quibus enim eadem studia sunt: eedez voluntates. in his fit / vtequequisq̧ altero delectetur ac se ipso / vt elegantissime inquit Cicero noster Sed in his caucio habenda est prouisioq̧ vt dum fortis sit robustaq̧ inter aliquos amicicia ne paulatim vel dissuatur: vel discindatur / quorum alterum fugiendū est: ab altero autem abhorrendum. hoc cum mecū acriter voluo / hūc potissimum censeo modum / vt omnia tibi amico meo sint clara: prorsusq̧ manifesta Sed deus bone quidnam est / q̧ sili officio significo: vnde tibi aliqua sit accessura iocunditas. id reuera vnum / q̧ omnia quecumq̧ a domino gracioso pecieram tametsi vehementer dubitabam / obtinui cum gracia Si me dilectione afficis: si quam ad me habes inclinacionem: si deniq̧ vllo sum in gradu charitatis tue / mihi gratulaberis atq̧ eciam vt nunc clarius intelligas exponam. cum ascendi ad

pallacium illud / q̄ est ante capellā situm fuit dominus in ora=
cione. p̄stolabar paulisp̄. cū ipse vero exisset qm̄ euestigio ma=
num mihi porrexit. quod signum beniuolencie: ac eciaꝫ mag
ne reputaui mansuetudinis. tum ad alios / qui eum expecta=
bant se conuertit. videlicet ad capitanium de Rabensteyn: p̄
fectum monasterij. sed parua temporis mora delapsa / iterum
in me oculos coniecit. tum interrogans quod meum esset ne=
gocium. primum gracias habui reuerencie sue: atq; adeo am
plissimas! q̄ tam fauorabilis mihi esset / vt libros suos mihi
credere dignaret! e quibus magnum scio mihi vtilitatis fructū
euenisse. ac deinde manifestaui causam rogaui dominacioneꝫ
suam / graciosum se velit erga me ostendere. et dimittere arti=
culum istum in quo nominatus essem et mulieri: et mihi. non
quod pro muliere rogarem: sed quia in hac quidem culpa tac
tus essem sine infamia in ea puniri non possit. deinde suppli=
cabam / delatoribus credere sua dignitas non velit! quando=
quidem plures odio: aut inuidia commoti veniunt ad inpug
nandam alienam famam / qm̄ racione aliqua: aut causa ho=
nesta inducti eciamsi prope intueri voluerimus / ex omni gene
re hominum quos varijs damnobilibusq; vicijs ingeniosa: et
ad malum prona coinquinauit improbitas nullum neq; p̄ni=
ciosius: neq; odibilius esse reor: neq; seueriori animaduersi=
one plectendum / qm̄ eos qui ceteros multis criminibus accu
sant / cum ipsi flagiciosissimi sint homines. susurrant ad au=
res dominorum. queque possunt ad assentacioneꝫ offerre fac
titant. itaq; multorum famam denigrant. et innocentes per=
multos ad prelatorum indignacionem reducunt. quis non de
dignatur hos queso? qui cum omnem impuritatem pre se du
cunt / alios maculare student. an incōgrue de his regnis p̄phe
ta dauit scripserit. acuerunt liguam suam sicut serpentes / ve=
nenum aspidum sub labijs eorum Sed de his hactenus. et vt
ad intentum redeat oracio mea / Dominus graciosus acquie
uit peticionibus meis. quod tamen anteqm̄ temptaueram.

sperare non audiebam. benignus est pius mansuetus. contem
plabor sagaci intuitu faciem: habitumqȝ eius placuerunt mi-
hi omnia Incessit eo quidez in habitu quo et vos incedere ip
sa coegit religio. pellicio fuit indutus: ac eciam scapulari. mi
rabar vehementer ꝙ ephebus formam ceteris viuendi in ordi-
ne sacro ostendit. cum plurimi (si vera sunt que vulgus predi
cat) ex fratribus repugnabant. dat tibi optime martine: cete-
risqȝ confratribus tuis exemplum ꝙ ita faciatis. non est disci-
pulus supra magistrum. et multo acrius facta ipsa ad quāuis
alliciunt religionez qm̄ dicta ꝙ si euz leto sequeris animo: cura
quoqȝ intentissima: ac fueris omnes aspernatus mundi illece
bras. sancto illud canticum corde cantabis regnum mundi et
omnem ornatum seculi contempsi propter amorē domini mei
ihesu cristi Et ea iam terminata vita / gaudiū possidebis bea
torum eternum. atqȝ chorum illū promereberis quem inhabi
tant hij / de quibus dicitur et cum mulieribus non fuerunt co
inquinati et de his satis Tu fautor mi suauissime / siquando.
ad dominum veneris / et tuum: et meum graciosum habe sue
reuerencie obsecro graciam amplissimam. ꝙ tantam mihi in
peticionibus meis graciaz ostendit. et eo forcius quo nihil vn
qm̄ fuit precedens / quod ipsum ad hoc prouocasset Certe ita
me semper accingam vt quecunqȝ ei placita sensero ita perfici-
am quasi contenderē de fortunis meis. parū iā habeo / ꝙ am
pli⁹ tue in me veliz amicicie significare. eo quidez excepto ꝙ ple
runqȝ te ad dicendi instigo racionez. fac enim vt non quiescas
quantum tempus liberuz fuerit: solutumqȝ / a canonicis ho-
ris: et oracionibus sacris / quibus primum inherendum est /
tantum quoqȝ tu studio. atqȝ exercitacioni huic tribues. vale
coniunctissime fautor Et domino tuo gracioso me commen-
dandum facito. atqȝ iterum vale.)

Increpat quendā / ꝙ se iactat in breui tem
pore superare velle magistrū suū in ludo scacorū

I extraneus esses / equidem amiracio me tenuisset: et
forsitan maxima. at cum noti sint mores tui et nobis

cognita vite condicio / minime mirandū duximus / si ea que
mente volueris tam illotis: verbis ac obprobrium continenti
bus sentencijs significasti. primum (vt referam) laudem ad-
ducis / ironia plenam! quasi minus tritus essem: et me inter
exercitatiores reputare nolles. nec fortasse iniuria! si ꝑpe ītu
ebar. neqꝫ vnq̄m a me audiuisti / vt vsus vehemens mihi esset
in eo quidem ludo / quem scacorum nuncupamus. sed tan-
tum didicisse. vt inter mediocres numerari possem non nego.
mi vir / estne presumptuosum? imouero maxime decorum /
retinere modum. abiectum sese facere et penitus humileꝫ / an-
gusti animi est: et parue racionis. nec vero his semper creden
dum que vulgi error versat: et recitat. sed mentis iudicio ex a-
minare: ac vim pensare omnium sentenciarum que de aliqua
re proferantur. sapientem vulgi opinio non commouet. verꝫ
experiencia rerꝫ: et cause conferentes effectui! que nouissime
sapienciam gignunt. quisqꝫ eciam qui prophanis plus adhi-
bet hominibus fidem / q̄m racionibus! is inutilis est: et ob-
tute capacitatis. quare longe magis (in his ipsis litteris: in-
gentiqꝫ doctrina quam pro instructōne mea explicasti) fuisset
laudis hanc si partem silencio pretermisses! q̄m ꝙ verbosum
te: et ceteris dicaciorem ostendisti. deinde an virtus sit hesi-
tas. et an hoc cognomīe recte appelletur. qualis hec est tua du-
bitacio? certe ex ingenio procedit: et magna experiēcia! ꝙ tue
relinquo prudencie Non enim sors in stato dat palmam. sed
vsus quoqꝫ: et solercia: frequenciaqꝫ trahendi. et quoniaꝫ dis
cipline deditis / non conuenit plerunqꝫ in actu fore. immensi
labores studentibus non sunt addiciendi! ne onere grauati ru
ant. et vt planta nimia humiditate deficiunt. profuturum
est remissum habere interdum animum: et fatigaciones abice
re! apud comicum elegantissime scriptum est! apprime in vi-
ta esse vtile nequid nimis. id autem si litterarum studio / si fe
cerint / quid virtute propius? quid preconijs dignius? quid
deniqꝫ maiore commendacione extollendum? ea tu intencione
adipiscaris non omni vacas virtute. ac ad litteras tuas redeā

inquis fortunam mihi arriſiſſe! quando te vicerim. falſus es
quod enim a racione progreditur expers eſt fortune Neqꝫ preſi
dio eius vtitur! quandoquidez cum intencione fiendi: ac pro
poſito euenit! quod extraneum eſt: alienumqꝫ penitus a for=
tuna. mirū reuera eſt / vt de his rebꝰ ſcribere preſumis / a qua
rum cognicione multo remocior es / qm̄ ſardanapolus forte:
aut mergites abs quauis operacione! quos neqꝫ oratores neqꝫ
foſſores: neqꝫ cuiuſqꝫ rei actores fuiſſe homerus aiit! ſi baſilio
credendum eſt. et pauca ediſſere de ludo ſcacorum libet. prop
ter quem inſidum me vocitas: menteqꝫ captum: et alienatuz
me omino a racione. conſidera principiuz locucionis et tue: ⁊
mee. atqꝫ poſtea ex intimo theſauro ſapiencie diiudica! quid
hec verba in ſe retineant. eſto vt ſcripſeris ſuperbam fuiſſe: et
inanem locucionem meam. quod vero dictum tuum erat ob=
ſecro? reminiſcaris ne? num gloriatus ſi quādo condiſceres me
velle vincere? cum et modo vix lapides et diſcrimen camporū
internoſcere poſcis. ſimilis es: et equalis huic / qui auiculam
in manibus cernens alterius / duas ſeſe capturum gloriabitur
qm̄qm̄ modus quo fieret eundem fugiebat. iam intuere queſo
tu ne an ego ſtultior ſim. didici ego licet mediocriter. tu ſpe=
ras te adepturum: ac ea in re magnificum recipere incrementū
que ſpes: inanitatis preſumptio qm̄ plurimos fefellit: atqꝫ de
cepit! qui aureos montes ſperabant ſeſe adepturos: et glebaz
terre difficile conſecuti porro apud philoſophos me legiſſe me
mini de futuris contingentibus nihil eſſe determinatum. ani
maduerte clamorē illorum / qui metalla fodiunt! qm̄ grandis
nonnunqm̄ rumor periit Igitur ſtolidum eſt magna de incer=
tis predicare! quod tu ſapientiſſime quidem dixiſſe arbitrare
aperi nunc intellectum: et magnificam vide formam epiſtole
tue! qua me carpis: et inanem nominas. profiteris te diſcipu=
lum meum! ea in tractacione quam memoro. et excellenciam
ſperas maiorem quam ego nactus ſum non eſt igitur diſcipu=
lus ſupra magiſtruz! inquit os veritatis criſtus deus: atqꝫ ſal

uator noster Tu theologus es: multaq; sacris in disputacioni
bus lectitasti. equidem hanc te ignorare euangelicaz doctrinaz
miror vehementissime agnosce optime erasme! an filius sis
huius mundi. censeo tenebrarum. et peruenturum vbi horror
inhabitat non iupiter tibi preceptor erit. timeret vtiq; q doc-
tior euaderes forte qm ipse est. non pluto magnus: non neptu
nus omnibus eadem mens esset: atq; sententia. vt ad religio
nem nostram reuertero / non ihesus qui humanum condidit
genus: et passione patri reconciliauit. spernit enim opponen
tes os suum in celum: eosq; qui preceptores: ac magistros suos
ventur superare. intuere acrius / qm vehementer debacharis:
et a veritatis itinere recedis. quid si nomina ignominie / que
admodum mihi feceris apponerem: dicerem te inscium super
bum: et ipocratarum ritum obtinere. respicis in oculo alteri-
us festucam: in proprio trabem preteriis Neq; fugiat tuam in
me amiciciam / tot me habere: aut scribere posse contumelie
nomina q et tu si alius esset appellarem ipsum / animal proter
uum: onagrum stolidum / in extrema demencia positum: et
manifestissima stulticia. tum vecordem gloriabundu. ignauu
crassum: pedestrem incultum ieiunum enormem vacuuz iner
mem abiectum procacem. parco dignitati tue. concedam pu
dori meo! ne in id eciaz quod in te esse affirmo procacitatis vi
cium inciderem prosequeris me tandem derisione. et si turpi
us quippiam expromere posses nihil vt sencio iam omitteres
at procul istud a me vicium esse volo. dic bone vir quando iac
titabam me adeo velle proficere / vt officialem vincerem. etsi
honestius id facerem: faciliusq; qm q tu me vincas! si in vtris
q; nobis insta fiat: equaq; comparacio. sed age inuideas vt li-
bet. minoris enim pendo q lanam caprinam: ac flaccum in-
dumenti mei. facis q soles non q mereor censebas ne parem
tibi me non posse referre graciam: seductus es. et ratem vento
permisisti! non in portum proprium inuexisti: verum in vas
tas oras: et peregrina littora impegisti. nimirum si barbarus

ferus cruduſqꝫ veritatem non intuetur. aiſs me paruꝫ lucri ha
buiſſe / cum officiali. fateor. eſt em̄ me exellēcioꝛ. atqꝫ in hoc
modeſtiam meaꝫ oſtendo. non tam arida profero: elataqꝫ ver
ba / qualia tu euomuiſti. hanc quoqꝫ ab ineunte etate habui
conſuetudinem: et a cunabolis mihi inſitam / vt eos preferoꝛ!
ſaltem hoc quidem in negocio / quo me exellent. ob quas res
ſumma te ope niti decet / tam obpꝛobꝛioſa verba ne ducas in
apertum: tantamqꝫ petulanciaꝫ Nam infamia tibi oꝛitur: et
hominum indignacio. atqꝫ poſtremo indignum te alicui oſtē
dis ſciencie fauoꝛem perdis amicoꝛum. arrogātēꝫ te exiſtimāt
tu ſi me audies: ſequeriſqꝫ conducibile conſilium / ſencies nō
mediocrem: ſed prope maximam vtilitatem. vale mi fautor:
et amice chariſſime.)

Reſponſio ad quandam qua
ſi inuectiuam Epiſtolam

Atis magna perſpexi diligencia / vulgares tuas quas
ad me litteras dediſti. in quibus multa ponuntur que
grauiter me accuſant. et feciſti quendā veluti oꝛdinē tocius
inter nos diſſenſionis. miror certe tantam te poſſe verboꝛum
copiam / memoꝛiter retinuiſſe. et antehac multociens abs te
audiuiſſe / ꝙ debilem haberes memoꝛiam. ſed vt ad inſtituta
pergam / que ſcripſeras a veritate non ſunt aliena. neqꝫ eciam
iniquo fero animo vno excepto / ꝙ aiſs amicum me amiſiſſe.
cum moꝛtalium cura in hoc maxime debet elaboꝛare vt amici
cia firma: atqꝫ integra reſeruetur! tametſi alter / nolente alte-
ro eandem cuſtodire nequeat! quandoquidem viroꝛumqꝫ re-
quirat conſenſum: et naturam ſequatur ducem. verumtamē
duplicem priſci poſuerunt viri amiciciā! qui de eius vera ſcri
pſerunt propꝛietate. vnam vulgarem. quando mutua eſt in-
ter quoſdam dilectio vtilitatis gracia. et talis fit tempoꝛis ra-
cione. q̄mq̄m proſit ipſa: et delectat / tamen ſapenumero in tē
poꝛis mutatur puncto. atqꝫ eciam ille quidem qui amicum

propter vtilitatem requirit eius est erga eum talis amor qua=
lis in pecora / ex quibus sperat magnum se fructum susceptu=
rum: altera est vera: perfectaqꝫ qualis eorū fuit qui pauci no
minantur! vt inter piladem: et horrestē! quorum alter pro al=
tero pericula subire: atqꝫ mortem non formidabat. vtqꝫ inter
lelium qui sapiens interpretatur: et scipionem Jlla immuta=
bilis est! nisi maleficium aliquod: et facinus tam nepharium
incidat vt intollerabile sit. nihilominꝰ danda est opera vt dis
suenda sit: non discindenda. curandumqꝫ maxime / ne nō so
lum deposite videantur amicicie: sed eciam ne inimicicie gra=
ues iurgia: et cōtumelis oriantur. sed de illo hactenus. venio
nūc responsurus epistole tue. ne forsitan putares penitus me
esse victum. aijs me adhortatum esse res meas occulte custodi
am! ne forsitan vt antecessori meo: sic quoqꝫ et mihi accidat.
et tante reputasti me discrecionis / vt ea ferrem amice. talia
eciam ad te essent delata. sed discrecionem nullam apud me re
peristi. equidem fateor te illa dixisse. vbi autem defensionis
ꝓtuli verba instāter affirmasti. q̄si istud ipsū omīno tibi no=
tum fuisset Neqꝫ dixisti qui mihi fauerent ad te detulisse. nū=
q̄m acerbum putabam: aut molestū! siquando fauore me pro
sequentes mouebant. sed animaduerte / duo fuerunt nescio
quo baculo malicie moti! qui studiose mihi detraxerūt. neqꝫ
tum longum erat spacium temporis defluxum. itaqꝫ fueram
paulisper / antea propter illam quodāmodo distractus. sed il
lud me mouebat vehementer / quod dicebas si causa Jodoci
schwobens adhuc penderet in iudicio quam habuit trusilis ra
cione / tam facile non componeretur. at si diceres mea senten
cia tuū fuit trusile. quid aijs mi domine vterer ne ad talia ta=
citurnitate pro defēsione. tu vt arbitror imprimis damnasses
me sceleris: reumqꝫ existimasses. apparet preter racionē: et ho
minis est dissoluti / qui ad ea non respondet que famam eius
denigrant. quid eciā censes si onagri quos ego non aperte no
mino / ad consulatum detulissent / debuissem ne affirmasse:

non autumo / eciamsi te consulerem / vt suaderes. arguis me
tamen ꝙ totum consulatum: magistrumqꝫ ciuium mentiri fa
cerem. an ignoras obsecro cum familiares simul constituunt.
maiorem eos habere loquendi libertatem et in disceptacioni=
bus presertim. scio a me tamen: ꝙ si apud consulatum culpa=
rer nullatenus admitterem. vacui essem capitis / si paterer mi
hi asscribi / tam detestabile crimen. examina queso animū tu=
um siquando vsu tibi veniret / quid esses facturus. ꝙ aijs illi
quidem ipsi profiterentur in conspectu meo. ignoro quid re=
spondeo. id tamen a me scito cum essent quorum ego impro=
fectū meum sermōes pergere dinoscerem / grata esset mihi lo=
cucio. existimarem eosdem sinistre inductos. ac demum ostē=
derem me vacare tali culpa. neqꝫ ego vnqm̄ / aut tuas ammo=
niciones: aut aliorum egre tuli / qui beniuolencia me afficiūt.
neqꝫ tum commotus fuissez / ni putassem ribaldos illos quos
suspectus habeo tibi aures mendacijs cōpleuisse. si vero quis=
piam ex illorum turba esset qui plerumqꝫ magis odio in littera
tos commouentur qm̄ causa: aut racione honesta / scias fir=
miter me non silere / quamuis potentes foret. et ab opido me
forsitan depellerent. facit se consciuz quilibet / qui silencio vti
tur / cum maliciosi famaz eius deprauare student. et vt sencio
magnipendis improbos me parum curare dominos Cur didi
cissem precor liberales artes ? nisi malorum iniuriaz data opor
tunitate propulsarem. et pocius qm̄ me nimium astringerent
et ceu pedibus calcarent / aliorsum me reciperem. ꝙ autez mu
lierculis loquacibus me comparas sustineo pacienter. forte ira
tus ea profers et longe a modestia discedēs. de verbis vero que
non multum censes vtilia / quid dicturussum dubito. crebro
autem alteriꝰ mihi non placent verba / que ipse tanqm̄ neces
saria arbitratur. audi de promocione quam pro me habueras
neqꝫ vt opinaris ingrata mihi est. habeo in memoria. sed istec
commemoracio est quasi exprobracio immemoris beneficij. vt
est apud therencium. non enim qui contulit beneficium me=

motare debet: sed is in quem collatum eius enim interest remi
nisci! siquid boni a te susceperim Et in loco declinas paulisp̄
a sentencia. non dicebā si pro me non laborasses / ꝙ alij pro me
laborem impendissent. sed si tu non fecisses / fortasse alij fuis=
sent / qui pro aliquo suscepturo scholas conati fuissent. Et si
verum memini / nunqm̄ a me audisti / gracias his non habe
re / qui benemeritis quibusdaz / me affecerunt. semper hoc vi
cium fugi: atqꝫ ab eodem abhorrui Cum vero inqm̄ nihil da=
tum mihi fuisse. siquid vero mihi daretur / prompto recipe=
rem animo. dicis eo me non esse meliorem: fateor profecto. et
in nullo magis corripiendus essem! hec ipsa si considerate di=
xissem. verum ad hec me verba incitasti. et multo sermone p̄=
uocasti Non enim is sum qui maleficio: et scribere vult pasci
aliter vitam meam institui. puto tantaz me fecisse in optimis
diligenciam artibus. in posterumqꝫ facturum! vt ad minus
sit hic: aut alibi honeste valeam me nutrire. tetigisti me vt in
quis: existimasqꝫ mlta mihi dono data esse puto firmiter si iu
ramento affirmarem nihil me accepisse / fidem non adhiberes
sit ita sane vt existimas. oro tamen ostendas! quibus in rebus
illa cognoscis. sunt ne tam magne mihi diuicie? et cognitum
habes / tantas hucusqꝫ non potuisse colligere opes te vt come
de solutum fecissem. quid plura? debeo quibusdam in opido
vltra tres aureos renenses! quos mihi iam hyemali ac qnadra
gesimali tempore crediderūt Nun ab ea persona facius fuisset
me accipere cui restituere opus non fuisset: et que me non as=
trinxisset ad soluendum qm̄ ꝙ ab eo viro receperim / qui rur=
sus postulat. tu si ex me queris qui sit facile dicam / satis tibi
notus est et familiaris et quottidie tecum in tractandis nego=
cijs versatur cuperem profecto ipsa eadem notificares! e quibꝰ
intelligis / ꝙ plura mihi data sunt! propter que tam veheme̅
ter me suspectū habes. ꝙ a me audisti non paruifacere me ami
cos / recte quidem Et hanc ineunte etate racionem mecum
habui. curauiqꝫ maxime / ne repellerez quēquam propter rem

minutam familiarem . erga te non feci . sed non eo melius est . credidi maiorem te habere animi constanciam ! qm̄ q̄ ita men te deberes distrahi . non tetigi honorez tuum : neqꝫ obfui in re bus familiaribus . nunc opinare tante nōnunqm̄ me fuisse in te obiurgaciones / vt huic oculum eruerent . nulla mihi succur runt . cerno autem q̄ mea plerunqꝫ acerbe accepisti ! cuz tamē tua multo magis acerbitatis habent ! vt leuia censes . recog noscat tua dignitas an consimile vnqm̄ tibi asscripserim ! vt illud est in quo trusile nominasti . velim certe adhuc iuris stre pitus eam causam haberet Crede inqm̄ ampla sunt verba tua vtiqꝫ oculum non eruerēt : sed ne attingerent quidem . at quod magis est / siquando tibi quippiam dixerim dum te irasci no tabam / silui nunqm̄ tam obstinātēr ad iracundiā prouocaui licet multo magis tum in te iracundia imperium q̄ꝫ in me ha buit . nunc diiudices oro / hec omnia . in partem si velis resol uere bonam / nihil est quod inter nos dissociabit amiciciā no stram . sin interpretare modum in deteriorem / declinabis om nia . fac vt bene vales .)

Rogat discipulum vt vicia
relinquat et artibus studeat

Iqua mihi suadēdi foret racio / qua te ad optimas ar tes iam allicerem / nulli parcerez / neqꝫ labori : neqꝫ ani mi studio . extenderem vires meas : robustis profecto lacertis onus amplecterer . ac veluti saxum hactenus immotum : con tectumqꝫ lanugine exciperem : redderemqꝫ operi abiliorem ! ta metsi antehac nihil vel decoris . vel forme habuisse videretur . puto distractum varijs inuolucionibus animuz tuum . quip pe ad capescendas disciplinas aliquantum aspiras . vetus aūt et quidem dudum contracta inanium reruz conuersacio amo uet Neqꝫ in hoc prelio racionem vicijs prelatam hucusqꝫ sense rim . Neqꝫ in hac indole que natura sat bona virtus equat fla-

gicio. deterius ipsum forcius est! quo duce ad acheronta dum iter non flexeris descendes. reuertere queso. linque inepcias: linque lasciuiam obscurantem ingenium tuum. linque fatuitatem eorum qui studium aspernantur. siqua forsitan fucata facies te perlicere tentabat adolescenciam tuam / propulsa suggestionem. pernicies est litteratum studiosis! quos amore flagrantes ad interitum ducit Neqz vt reor te latet quid existimē mulierum blandimenta! que a sirenum cancionibus / aut parum differunt: aut nihil. pone ante oculos / quosdam coetaneos! qui meretriceo amore suffusi: ac dulcedīe huiusmodi inebriati / non desistunt / donec septennium contriuerint. hoc est quousqz omnis se mota fuerit / et vite honeste: et proficiendi appetitus. quid postea? pedestribus persimiles hÿ quidem Nam racio tū oppressa: mens ebes: oculi caligine obruti: nulla relicta ad rerum culmen semita. nimirum hoc pacto affect⁹ stulticiam ad calcem vite comitē habebit Si me audies / nancisceris dicendi generis fastigia spretis inanitatibus splendorē honestatis: scienciarumqz sacrum iubar assequare. vale.)

Ne moueat te odium in patria si virtutem amplecteris omnes te amabunt

Animaduerti sermonem tuum! quez nuper habito balneo apud me in collacōne ptuleris. q̄ si is forte e vita discederet mortalium / qui maxime fructuosum possidet statum in patria tua! eundem nullum autumasti hallensez adeptturum. cum ciuitas quasi dissensionibus in se diuisa: tuz oblatum odium inter ciues quotidie ingrauescens fieret obstaculum / ex sartaginensibus neminem litteris applicatum acceptarent. tametsi altera ex parte aptus minime reperiretur. habet aliquid in se motus ille animi. non tamen dignum vt a studio ad culmina tendente virtutū abstrahat! eciamsi certuz esset nunq̄ꝫ te patrium inhabitare solum. siquidem forti om̄is

terra patria est. exul autem ingenue cicero aiīt cui circumseptꝰ
est habitandi locus. pergit huc scriptio mea si acerbissima (ꝙ
deus prohibeat) euenirent. meliora sepenumero speranti con
tingunt. quippe nō corpora solum variantur in tempore: sed
ingenia quoqꝫ mutacionem subeunt. adeo quidem vt tum ve
hementer laudatum / vituperacioni proximum sit. et rursus
vile putatū gemmis aliquando: auroqꝫ preciosius videatur.
is cursus rerum assiduus est! in his presertim quibus fortuna
imperitat. secus discipline ab anima parte pre se ferentes sua-
uitatem. que nulla vel tempestate decidiunt: vel incendio cre
mantur. aut quouis modo piclitātur. verūenimuero famam
et quoqꝫ bonam augent: splendorem mentis ostendunt inimi
cis nos reconciliant: et omnibus deniqꝫ reddunt gratos accep
tosqꝫ hominibus. atqꝫ hec cum ita sint erit bonum faustūqꝫ et
felix! quitquid cum virtute congreditur! que studijs acquirī-
tur litterarum Ceterum ne filum oracionis nimium extendā
ad propositi iam intencionem accedam Inquis odium istud
inter cives dudum conceptum obstare ac eciaꝫ vereris cum de
parte sis oppresa genitus / te frustra conari. pone meliorē que
so animi senteciaꝫ. et meliora consequere virtuti omnia sub-
iecta sunt. quoniam fucata demum: et ea que dolo aguntur se
ipsa aperiunt: et luce clarius quia nociua patescunt. contecta
veritas emergit. nec vinculis retinetur perpetuis: nuda est:
alisqꝫ firmata. sic nostri eam descripsere. agam tecuꝫ exemplis
atqꝫ adeo vetustis Camillus exilio quidem oneratus! cui nec
iter patuit reuertendi in patriam: sed sua tum splendente vir
tute / cum patria sedes orbisqꝫ terrarū a gallis euerteretur! adeo
vt vix capitolina superesset arx imperium restituit romanorū
victis gallis ꝯcisisqꝫ omnibus paceꝫ peperit: suosqꝫ fecit cives
tranquilitate gaudere Quid dicam de Tullio? q̄mq̄m in exi-
lium missus magne existimacionis erat! quando a ciuibus fu
it: patriaqꝫ reuocatus. Sed quid antiqua nimia cōmemoro
cum in manibus sit: et in promptu ꝙ te vehemencius debeat

animare Johānes campini conterraneus tuus vir parue quā
titatis. quōdam certe pro nihilo habitus: extremoqꝫ persecu-
tus odio Jam eum charum habent doctrinam in ipso inspici
entes Te hortor summa opera studiuz amplectare Imprimis
oratoris non solum latine: si vulgariter quoqꝫ Illud est quod
homines nostro euo extollit: teqꝫ cunctis āmirabilem reddit.
siqñ exercitatus fueris Id vero vsuuenerit dum necessariā iu
ris cognicionem non deseres. Nempe putant illi quidem qui
facundie disciplinam complexi absolutā esse oratoriā non pos
se/ absqꝫ iuris preceptionem. ac rursus ciuilis sciencie magnā
partem artificialem fore eloquenciam. que si perpendes haud
dubito quin clarus eris: et publica munera honestatem pre se
ferencia ciuitas prestiterit. vale: et fac ad me venias

Certat mendacijs de amore

Idi epistolam tuam quam ad me scripseris. cognoui
abditas quasdam quibus me afficis subsannaciones.
et vt quondam me persecutus es derisione! siquam habere vn
ꝙ̄ potuisti causaz dirigentē. aijs de amica mea/ quasi illis ac
huiuscemodi rebus fuissem applicatus. reor te ioco ista fari
vt enim in omnibus fere soles rebus/ et facecias adiungere:
et salem verboruz/ quasi hec quoqꝫ natura ipsa insita sint: ti-
biqꝫ ingenerata. vt plerūqꝫ de mulieribus loqueris: atqꝫ de his
que ad venerem proxime accedunt Nihilominus si alius cuiꝰ
tanta vsus non essem familiaritate hoc modo me alloqueret̄
non vt a te: sic et ab eo in melius resoluerem. sed nimiruz/ ver
ba hec aperiunt ea quibus in rebus et nunc: et ab ineunte etate
versatus es. cogis autem me litteraruz officio attingere a qui
bus vita mea abhorret. neqꝫ absconditum tibi certe est quantū
rem illam plerumqꝫ fugi saltem ne populus resciscceret. quod
Idcirco in lucem produco/ Quia fidem mihi non ad hi-

bes. atqꝫ eciam vnum est de quo vehementissime miror. scri=
bis iuuenem preterea me demisisse / eam quam amarem re=
spiceret. longe deceptus es detulit septem florenos renenses:
ac illis dedit qui quondam illiusmodi summam mihi credide
runt. si ignoras interroga illos quibus miseram. accepit ma=
gister busso vir humanissimus mihiqꝫ imprimis amicus tres.
serator mihael cloß quatuor: at suspectum me habes. quis
omni caret queso suspicione. null⁹ vnq̄m tā frugi fuit: tantaqꝫ
vsus modestia / quin fabule de eo sunt nonnunq̄m dissipate.
sed ausculta paucis. queris me retro fornacē. opinor te aliquā
do ignem perspexisse: et ad colorem proxime accessisse. illoꝝ
condicio est. qui assidue student philarcio adherere / vt ver=
bis quibus valeant ab eodem deterreant / hos quidem ipsos /
quos pariter amari rentur. neqꝫ tu crede omnis expers es suspi
cionis Id efficit profecto vt licenciosius tecum loquar. nun=
q̄m autem de amata tua hanc habui sollicitacionem quam tu
de mea / tametsi nulla mihi fuerit. quid estimas optime ma=
gister? non effecimus id opido / quod cogitacione amplectere
ris / quia loquebamur humaniter simul: et amice nunquid et
dignitas tua facit? crebro eciam cuꝫ his: et mulieribus: et pu
ellis / quas nec vnq̄m fama denigratas audisti. neqꝫ tibi impu
to homo iocundus / delectaris femineis oblectamentis. tum
eo acrius: cum serijs rebus fatigatus / ad creacionem quādaꝫ
ac hilaritatem te conferre cupis. atqꝫ hec cum ita sint / cur ce
lata sermonis productione intro me arguis. siquidem austerū
hunc dicunt mulieres: specialemqꝫ qui alienū sese facit ab om
ni facecia. et vt verum fateor is cunctis acceptior est homini=
bus qui ceteros salibus suis delectet: alacritatēqꝫ potest circui
cionibus et ambagib⁹ afferre. ꝙ forte viciū si debeat reputari /
multopere dom[...]acionē tuā reprehendā. ambigo eñ an queꝫ
piam facile ad memoriā reduxero / qui his rebus plus actu ha
bunde[...]. quo vero illa pergūt / animaduerte / vel intētissima
diligēcia. ab ea quidā tractaciōe fauorē cōparauerim quarūuā /

quas vt arbitror putas me amasse. longe aliter quam tu ratus
negocium se habet. possis verum audire. id vnum intuere vi
delicet / nunqm̄ ad cor meum peruenisse porro vt mea est exis
timacio proba est: honesta tandem: et casta. nisi tu infamiaz
quandam concepisses / cuius me fugit sciencia. neqꝫ tam cre-
dulus sum his assencior qui odio interdum: et inimicicia cō-
moti famam aliorum carpūt. et quancqꝫ leticiaz in peius resol
uunt. mortales illi sūt flagiciosissimi: animaduersioneqꝫ dig
ni grauissima. plerisqꝫ ipsi coinquinati sunt vicijs. temerita-
te uitas aliorum tentant labefactare. nō commoueat reueren
ciam precor tuam istorum oracio. equidez nulla causa sunt ho
nesta inducti. pocius aures claude: et obdura non secus / atqꝫ
vlixes ad sirenum cauciones. pedestrem reputo credulū nulli-
usqꝫ esse reputacionis. se ipsum fallit / qui oblucutoribus fi-
dem prestat. at cum homo sit grauis. multa velut turba qua-
dam preditus prudēcia istas abs te ꝓpulsa detractores / haud
aliter qm̄ morbum contagiosum / nociui aliquid inferentem.
detrahunt te audiente. tibi quoqꝫ detrahere non desinit. lon
ge autem id magis est contra naturam qm̄ mors: qm̄ infirmi
tas: et alia que accidere possunt / aut corpori: aut rebus exter
nis. ex omni autem hominum genere nullus odibilius est / qꝫ
qui integritatez predicat vite sue: alijsqꝫ obloquitur verumenim
vero verba mea iam prolata aliena putas / ab omni quod simi
le est veritati. et quasi ficta essent: et ementita. eciamsi nihil
verius dicere valerem. loquar tecum de hac re / veluti omnino
esset perpetrata. placet quibusdam cauillacionibus: et mēda
cijs certare. ea adiūcto ne alicuiꝰ honeste / vel matrone honor
vel virginis offendetur dicis me amasse / esto. licet gradus sit
sapiencie: atqꝫ adeo primus non amare. proximus tamen hu
ic / vt cautꝰ sit amor. nullius inde fama obtenebretur. nō vi
cio prosus dandum est. agimus enim natura duce / que erro-
res non complectitur. ingeneratum puto omnibus animanti
bus appetitum habeant coniūctionis / siquis saltem in ipsis
viget. verum mores prohibent ne quis amet / nisi quo pacto

legibus sit: institutisq̧ firmatum. quem dabis obsecro tam cō stantem: deumq̧ verentem: quem natura a moribus aliquā do deuiare non faciat. equidem ligneus esset: Et ferri habe= ret duriciem / quem sui generis maxima inclinacio ad aman dum non excitaret quomodo humanum est cor: aut carneum q̄ non amenitatem suscipit visis faciebus prope angelicis. et q̄ maius est / melle dulciorem audimus ex ore ipsarum sermo= nem. maxime quoq̧ quando morum decenciam: probitatemq̧ ac erga nos dilectactionem earum! ceu ignem vrentem mani= feste cognoscamus. ferus certe est: et crudus qui non amat / amatus hoc fecisse aiunt arestotelē! quē mulier calcaribus pu pugit: et vt beluam tractauit. num is philosophus erat vite q̧ preceptor: eadem ferunt de virgilio! quem vulgus in turri pendentem vidit: ac plane derisit. quid socrates si vera sunt in apertum recitata duas habuit vxores! nihil aliud eundē com pulit q̄m amor Ceterum gentiles memorati sunt. reducamus oracionem nostram ad hebreorum: religioni sq̧ nostre viroꝝ exempla Jlla nota sunt: tibiq̧ cognita. deceptus enim dauid pulchritudine bersabee regius propheta. deceptus sampson / maxima gaudens fortitudine. deceptus salomon! quē oīs po pulus sapientissimum predicauit. cuius tot fuerunt / et regi ne: et concubine / quot mihi non succurrunt. intuere sagaciꝰ num primus parēs fraude astuciaq̧ mulieris deceptus. qui manu dei procul quouis peccato formatus. mulieri aūt cosen ciens / vniuersam massaz sobolis sue auream defedauit. quid noster iohannes crisostomus vasta habitans: desertaq̧: et lo= ca inaccessa alijs. cum femineam figuram conspicatus succu buit! humane fragilitati! mulierem cognouit. ac nouissime q̄ detestabilius erat in specus deiecit! neciq̧ tradere putauit. habundat omīs sciptura huiuscemodi exemplis. hec de ꝓmp ta hactenus de prauis mulieribus: et his quoq̧ viris / qui a= more inflammati defraudati sunt. q̄ si ex litterarum monumē tis repetere voluerimꝰ / quid honeste mulieres boni attulerunt nimis longa fieret oracio: et tediū generaret Jd saltē breui ver

bo cõprehendo / ab ipsis nobis omnia bona euenisse. ꝑinde
q̃ꝑplurimos amauisse sapientes viros! quoꝝ eciam virtus
ad celũ vsq₃ omnis etas extulit. quo in numero bohecius est
Tullius eloquentissimus. alioꝝumq₃ philosophoꝝum ingens
turba: magnoq₃ cõcio. et nisi vtilitatis id quidem vnũ aliquid
prese ferret / nunq̃ viri tam splendidis ingenijs: candẽtiq₃ ra
cione / amplexum feminarum aggressi fuissent. tum ecclesia
figuratum veteris testamenti matrimonium sacramentum es
se confirmauit. qua coniunctione ciuitates construũtur: om=
nis respublica incrementũ suscipit: et conseruatur quoq₃. sub
inde summa crescit inter ignotos homines amicicia. taz mag
nam enim habet opoꝛtunitatem / ad maximas res coniuncti
onis confirmacio. qua direpta omnis diripietur vite gratula
cio. existimas foꝛte illicite et preterq̃ decet attentauisse! quan=
doquidem matrimonio collum non subieci. sic est. at quis sp̃
religiose que operatur. pꝛofecto is ego non sum. pꝛofiteor ra=
cionis mee defectũ. eciamsi palã loquar / non edicere posses /
quociens in die caderem: ac peccarem. scio debilitatem mag=
nam / natura mihi ingenitam. verum non solus sum. plu=
res inueniuntur illo contagio tactu neq₃ maximum peccatum
est naturalibus si meciamur vicioꝝum prauitatem interdũ vti
damnabilius est detractionis munus bonis noxios inuidere.
hec enim nunc ad te scribere placuit! ne foꝛsitan putares me sic
allocutum in vincula coniectum. scriberẽ reuera / quibus lasci
uijs te pollutum q̃ꝑplurimi pꝛedicant sed breuitatis causa: ac
eciam ne nimium dominacionem tuam offenderez illa obmit
to Tu dabis veniam tam late me: tamq₃ pꝛofuse scripsisse. sic
enim me scribere voluisti Vale.)